Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

/Licet caterquin Chronion istud Hippolyti valde corruptum fuisse videatur.

in Appar. § 41:/ Itaque ex his, et allatis n. 21 hoc schema componi potest.

Aaron.

Eleazar. — Ithamar.

Abias.

Mathan — Maria.

Barachias vel Joda vel Jojada. U. N. — Soba. M. N. — Maria. M. N. — Anna — Joachim

Zacharias. — Elisabetha. — Salome. — Maria Virgo

Joannes Baptista. — Jesus Christus.

Adverte autem; Papebrochium Act. SS. Propyl. ad Majum in Appar. ad Chronol. Pontiff. non pro thesi, sed pro hypothesi ponere, Patrem Zacharia fuisse Annæ matris Deiparæ fratrem. Hinc dubium manet, an Mathan fuerit Joannis B. sicut maternus, sic et paternus proavus. De/

/matre S. Zacharia vide infra Num. 27.

23) Luc. I, 6 et 7.

24) Cornelius a Lapide Com. in h. l. has voces: sorte exiit: ita commode exponit: Cum Zacharias ordine suis suis, ut Sacerdos ministraret in templo, inter varia Sacerdotum officia sorte, id est, sortitione ei obtigit officium adolendi incensum.

25) Syriace apud Matth. III, 1 scribitur ܝܘܚܢܢ Juchanon, quod videtur esse nomen corruptum Hophal Hebraicum ex radice ܚܢܢ gratia affecit vel gratiosus fuit; adeoque significare idem quod: jubebitur gratiosus esse. Nomen hoc divinitus inditum, auspicatissimo omine minime cassuit. Quam enim perfecte illud impleverit; nativitas ejus, vita, mors, et post mortem beneficia tum orbi universo, tum singulariter Stamsio collata demonstrant.

26) Similitudo inter Eliam et Joannem quoad vitæ genus, spiritum prophetiæ, persecutiones,